



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**


**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 1. Francisci fœderis progressus.


---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)



# HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CONTINUATÆ

**LIBER CLXXVII.**

GREGORIUS XIII PONTIFEX MAXIMUS  
RUDOLPHUS II. OCCID. IMP.

§. I.

*Francici fœderis progressus.*

Sæcul. XVI.  
A.C 1585

*Thuan. hist.  
l. 81.  
Mem. de la  
Ligue tom. 1.*

Cum Catholici pro tuenda Religione Orthodoxa jam anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo sexto armorum societatem suæ Ligæ, seu sacri fœderis nomine iniiciaverint, hucusque rem cum summa prudentia agere videbantur, omnibus que persuasum erat, quod hoc fœderum nonnisi sese hæresis in Francia graffantis progressibus opponere, ac Religio nem Catholicam, quam profitebantur adversus hæreticorum insultus propugnare intenderent: verum privatis quorundam consiliis mere humanis, iisque magis prævalentibus pii hujus operis executio postea præpediebatur, hæc que societas nonnihil Guisiorum, qui lo-

in Francia pro summo imperio domi- Sæcul. XVI.  
A.C 1585.  
nari gestiebant, ambitioni pro honesto  
velamine deservire credebatur: ut vero  
hi optatum diadema sibi eo facilius  
vendicare possent, Guisius Dux in om-  
nibus regni Urbibus clam suos alebat  
emissarios, suisque stipendiis paratos  
nutriebat Concionatorum quampluri-  
mos, qui non tam Dei verbum populis  
annuntiare, quam fideles ad seditionem  
concitare intenti erant, palam procla-  
mare ausi, quod Henricus Rex Catho-  
licos opprimendi consilia agitaret: hanc  
quoque calumniam Confessarii in sacro  
Pœnitentiæ tribunali disseminabant:  
præcipue vero Regi criminis dabant,  
quod Protestantium Genevensium ur-  
bem suo patrocinio dignatus esset, ac  
cum hæreticis pro defendendo Apollata  
Gebhardo Truchsesio fœderi Magde-  
burgi inito accesserit, postquam Peri-  
scelidis Ordinem, cuius insignia nu-  
perrime Angliæ Regina eidem trans-  
miserat, acceptaverat: denique hi Præ-  
dicatores, atque emissarii, cum Hen-  
rici famam variis modis impeterent,  
Guisiorum Principum pietatem, Reli-  
gionem, ac magnanimitatum plenis  
buccis efferre non cessabant, adeo, ut  
hi Principes passim ab omnibus tanquam  
fidei Pugiles colerentur: ut vero sedi-  
tionis flammæ magis accenderentur,

Q 3. ubique

Sæc. XVI. ubique quamplurimi spargebantur li-  
A.C. 1585. belli, in quibus nil præclarum præter  
 calumniæ, & seditionis studium lege-  
 batur. (\*)

## §. II.

*Guisius Dux Jonvillam secedens, ac  
 cum Hispaniæ Rege agens.*

*Thuan. 1.81.*

*Mez. abregé*

*Ciron t. 3*

*pag. 308*

*Dvua 1.7*

*hoc ann*

*pag. 449.*

Guisium Ducem cum minimè lateret,  
 quod Regius Senatus ad fistendos  
 ipsius conatus consilia cuderet, hinc  
 unacum Filio suo ad Jonvillam arcem  
 suam secessit, quo etiam paulopolt Car-  
 dinalis Guisius illius Frater eum seque-  
 batur: ut vero ambo suam factionem  
 potentia, ac numero firmarent, foedus  
 cum Hispaniæ Rege inire decreverunt,  
 prius

(\*) Haud mireris, Benevole Lector, quod  
 Continuator noster Guisios Principes æterna  
 memoria dignos tam indigne in sua Historia  
 proscindat, ac societatem ab eis initam adeo  
 sinistre interpretetur, hujus enim indignatio-  
 nis unica causa est eorundem Principum  
 immotus erga Religionem Catholicam Zelus,  
 & asperitas in hæreticos: utrumque vero no-  
 stro Continuatori displicet, quapropter negle-  
 ctis Scriptoribus Catholicis omni fide dignis  
 hanc Historiæ suæ partem nonnisi ex Thuano  
 suo hæreticorum Patrono ,aliisque hujus fur-  
 furis Auctoriibus consarcinavit.